

*Polyd. v. virg. libro 5. cap. 1.*

## LXXXIX.

Ita Pontificiis quoq; hæc consuetudo arrisit, quod testata fuit jamdudum experientia, & Legendæ probarunt.

## XC.

42. Sicut Ethnici Proserpinam olim facibus & lychnis coluerunt.

## XCI.

Ad eundem fermè modum Pontificii quoq; Matrem Domini venerati sunt.

*Festum Purificationis Mariae 2. Febr. potissimum hunc in finem coluerunt, ut candelas consecrarent, quæ in processione solenni gestantur, & ad abigendum Diabolum adhibentur.*

## XCII.

43. Sicut Ethnici demortuorum suorum gratia peculiare festum celebrarunt, proq; illorum animabus sacrificarunt.

*Septimo Junij Vulcano pisciculos vivos immolarunt pro animabus humanis.*

*Rome templum erat positum Summano, sive Orco, Plutoni, s. Diti, quod dicunt summo Manium, cujus memoria 13. Junij celebrabatur.*

## XCIII.

Ita Pontificii quoque festum omnium sanctorum & animarum celebrarunt.

## XCIV.

44. Sicut Ethnici purgatorium crediderunt.

*Anime corporum nexu soluta à Demonibus ducuntur ad loca illis parata, & sicuti vixerunt ita quoq; locantur. Quæ sceleribus se polluerunt, ij multis seculis in cæno volutantur donec pœnas peccatorum suorum exsolvant, ac alij quidem decem annorum millibus alij breviori tempore excruciantur, donec tandem ad requiem perveniant.*

*Vide Platonis Phædrum & Gorgiam, somnium Scipionis & sextum librum Virgilij.*

## XCV.

Sic Pontificii in eadem quoq; sunt opinione.

45. Sicut